VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Eccl. 5.

Si quid uouisti deo ne moreris red
dere. displicet enim ei infidelis et
stulta promissio: sed quodcumque uoue
ris redde. Multoque melius est non uouere
quam post uotum promissa non reddere.
Ne dederis os tuum ut peccare facias
carnem tuam. neque dicas coram angelo
non est prouidencia. ne forte iratus
deus super sermones tuos dissipet cuncta
opera manuum tuarum. Vbi multa sunt
somnia. plurime uanitates. et sermo
nes innumeri. Tu uero deum time. Si
uideris calumpnias egenorum. et uiolenta
iudicia. et subuerti iusticiam in prouincia.
non mireris super hoc negocio. quia excelso
alius excelsior est. et super hos quoque
eminenciores sunt alii. et insuper unus
se terre rex imperat seruienti.

Auarus non implebitur pecunia. et
qui amat diuicias fructum non capi
et ecclesiastes hoc ergo vanitas. Vbi multe
sunt opes. multi et qui comedunt eas.
Et quid prodest possessoribus nisi quod cer
nunt diuicias oculis suis. Dulcis est
somnus operanti. siue parum siue multum
comedat. satuitas autem diuitis non
sinit dormire eum. Est et alia infirmi
tas pessima quam uidi sub sole. diui
cias conseruatas in malum domini sui. Pere
unt enim in afflictione pessima. Et
genuit filium. qui in summa egestate
erit. Sicut egressus est nudus de uen
tre matris suae. sic reuertetur. et nichil au
ferre secum de labore suo. Miserabile
prorsus infirmitas. Quomodo uenit. sic
reuertetur. Quid ergo prodest ei. qui labo
rauit inuentum uentis diebus uite suae.
Comedit in tenebris. et in curis multis.
et indignatione amaritudinem. Hoc
itaque mihi iustum est bonum. ut come
dat quis et bibat. et fruatur letitia ex
labore suo quod laborauit ipse sub sole
numero dierum uite suae. quos dedit
ei deus. et hec est pars illius. et omni
homini cui dedit deus diuicias et
substantiam potestatemque ei tribuit. ut co
medat ex eis. et fruatur parte sua.
et letetur de labore suo. hoc est donum
dei. Non enim satis recordabitur dierum
uite suae. eo quod deus occupet deli
cias cordis eius. vj. Est et aliud malum
quod uidi sub sole. et quidem frequens
apud homines. uir cui dedit deus
diuicias et substantiam. et honorem.
et nichil deest anime eius ex omnibus
que desiderat. nec tribuit ei deus
potestatem ut comedat ex eo. sed homo
extraneus uorabit illud. Hoc ua
nitas. et magna miseria est. Si ge
nuerit quispiam centum liberos. et
uixerit multos annos et plures di
es etatis habuerit. et anima illius non
uteretur bonis substantiae suae. sepul
tura quoque careat. de hoc ego pronuncio
quod melior illo sit abortiuus. Frustra
enim uenit et pergit ad tenebras. et
oblitione delebitur nomen eius. Sed non vi
dit solem. neque cognouit distanciam
boni et mali. Etiam si duobus millibus
annis uixerit. et non fuerit perfruitus
bonis. nonne ad unum locum festinat
omnia. Omnis labor in ore eius.
et anima illius non implebitur. Quid
habet amplius sapiens a stulto. et
quid pauper nisi ut pergat illuc ubi
est uita. Melius est uidere quod cu
pias. quam desiderare quod nescias.
Sed et hoc uanitas est et prosumpcio spiritus. Qui
futurus est iam uocatum est nomen eius.
et scitur quod homo sit. et non possit cum
fortiore se in iudicio contendere.
Verba sunt plurima. multaque in
disputando hencia uanitatem. vij.
Quid necesse est homini maiora
se querere. cum ignoret quid con
ducat ei sibi in uita sua. numero di
erum peregrinacionis suae. et tempore
quod uelut umbra preterit. Aut
quis ei poterit indicare. quid post
eum futurum sub sole sit. Melius est
nomen bonum quam ungenta pretiosa.
et dies mortis die natiuitatis. Me
lius est ire ad domum luctus. quam
ad domum conuiuii. In illa enim